

coſtio deue  
ut ſalve ver  
mru q̄ erat  
com ea ita  
dib libe  
oblit ḡ pny  
qua nos dulce  
ab tñis uenit  
nunc ubū  
menti ſubſor  
et utrue m̄  
m̄tis affinit̄.  
item mortem  
m̄tū dicitur de  
m̄tac dampnacō  
m̄tiam final  
ita quā p̄ rea  
m̄tis genetis  
m̄t posteritas  
dīcēt nō ſebat  
m̄tā dīcēt bōti  
holeret. Duld  
m̄tē clara. ſimpe  
dannica p̄ re  
tūgme ianuā  
m̄tā ſimpe

Nuia te tuū veſ  
flos te adit et pſoſeu  
eret i requiesceret h̄is  
dīm ſup eū pſetto te  
guā m̄tū in illa  
tr̄am eligēs que tanto  
tegi dignata ſunt ſiu  
terpis thalantū p̄are.  
Et quo tamq; ſpouſus  
p̄ ſilis hoīa p̄cederet  
ſpousus. Ioomi ī na  
zarr̄b qui ſtos ſue  
ſtitu diatir ad ſuare  
dīcēt ſpouſus elegit m̄tio  
p̄ aug. Et ſabitacōis  
elocim̄. p̄p̄is ī caria  
m̄tū ſuare. m̄tā  
dīcēt ſi r̄uſit ce  
lebitaſa. ſbi em̄ m̄tē re  
depoſit ſi p̄p̄it ecor  
dīcēt ſi p̄m̄tū ſuare ſu  
ſiſat. Dīcēt ſi ſuare ſu  
te ſabitacōis ſuare m̄tū  
et ſeſperitate ſuare.  
In hoc etemī tamē ſu  
te ſuare ſuare ſuare ſuare

*Sammlung*

29

EPITHALAMIA

Solemnitati nuptiarum,

Reuerendi, pietatis, virtutis & eruditionis  
laude conspicui viri iuuenis, Dn.

M. CHRISTOPHORI  
SCHLOTHEVBERI, Pasto-  
ris in Emersleben fidelissimi & vigi-  
lantissimi, SPONSI,

NEC NON

Honestissimæ & pudicissimæ virginis  
CATHARINAE BLVMEN,  
ornatissimi IOACHIMI BLVMEN, piæ  
memoriæ, relictæ filiæ dilectissimæ,  
SPONSAE,

Oschersleby 2. die May celebrandarum,  
Ab amicis amoris & singularis amicitiae  
caussa consecrata & fusa.

HELMAESTADI,  
Ex Typographio IACOBI LVCII,  
ANNO CLO I CXXIII.

XXV.





H R I S T O P H O R O iungenda pio Ca-  
THARINA virago  
Accelerat: cæptis, C H R I S T E,  
fauet o piis.

Prospera sit nuptis fæcundaq; tæda iugalis,  
Sit procul à dulci rixaq; lisq; toro.

His longum dilecte vale pie SPONSE MAGISTER,  
Virgineiq; chori, SPONSA corona vale.

HEINRICVS, C H R I S T O P H O R I F.  
à Dorstadt/Emerslebiensis, suo  
olim præceptor, debiti gratitudinis, &  
festiuæ gratulationis ergò.





**N**struens sacris alias seipsum  
Edocet, dignumq; decet ministrum  
Vt rudi quem lege ligat popello  
Extet imago.

Nam bonum reddit comitem bonus dux,  
Datq; virtutum specimen probatum,  
Regulam, vitæq; piæ decoram  
Vita docentis.

Hoc probè tecum reputas **M A G I S T E R**  
Artibus, virtute, fideq; clare,  
Dum tibi vinclo sociam iugali  
Iungis honestam.

Sic probas facto memorata dictis,  
Quippe te sancte fore castitatis  
Et maritalis lepidiq; honoris  
Semper amantem.

Sic fugis rasæ tumidum cateruæ  
Spiritum non immerito, sacrata  
Nauseat, qui legitimi cubilis  
Scandere fulcra.

**Ecce,**



Ecce, quam nunc sponsa bonis venusta  
Moribus, formæ egregijs decora  
Dotibus fit S P O N S E thori tuiq;  
Compos amoris.

Ecce quam virtute grauis polita  
Clarus & mira ingenij sagacis  
Acie iam S P O N S A tuo potitur  
Sponsus amore.

Ergo Nympharum καθαρὰ corona  
Gaudeas, gratesq; Deo recanta,  
Debito iàm S P O N S A tuum maritum  
Suscipe cultu.

Hunc quibuscunq; officijs honestis  
Subleues, soli faueas, amore,  
Ardeas vero, merito colasq;  
Laudis honore.

Ergo sacrorum celebris virorum  
Portio, doctumq; decus M A G I S T E R  
Munus hoc gratâ lepidum Iehouæ  
Suscipe mente.

Omnibus sponsam teneris puellis  
Præferas solam, placidoq; sicut  
Vnicam natam gremio foueto  
Semper amicam.

A 3

O tho-

Othori sponsor, socialis autor  
Fœderis, te sancte Deus rogamus  
Supplici nos mente, pijs MAGISTER  
Annue tædis.

Coniuges ò CHRISTE nouos guberna,  
Vtq; fac vitam peragant amœnam,  
In bonum tristes & aquas Falernum  
Vertito Iesu.

Spiritus coæterne Deus tuere  
Pace coniunctos, thalamumq; reple  
Prole fæcundâ, liceat fruiq;  
Sede beata. Amen.

Datum Grüningæ 25. Aprilis, Anno 1613.

Tuus ex Animo fidiss.

GEORGIVS Holzman/  
Christo ibidem à sacris  
publicis.



Allu-

oib O

A



Allusio ad Nomina.

M. CHRISTOPHORI SCHLOT-

HEVBERI, pastoris in Emersleben/

Sponsi,

CATHARINAE Blumen/ Oscherslebien-  
sis, Sponsæ.

GEORGIVS HACHENBOLDVS,

Compast. Eccles. Iohan. in Halberstad.



*Vi Dominum verè CHRISTVM fert atq;  
fatetur (mit.*

*Hunc rigidis vicibus sors inimica præ-  
Nam Deus omniparens paradiſo trudit amæno  
Lacteolos flores, purpureasq; rosas.*

*Hoc certè euènit tibi, CHRISTOPHORE euge!*

MAGISTER,

*Tu quia conueniens nomen & omen habes;*

*Nomine fers Christū, fers corpore, menteq; & ore*

*Dogmata nam Christi fers simul atq; crucem.*

*Ast solamen adest tibi nunc & dulce leuamen*

*Hæc CATHARINA nitens, flos quoq; purus adest.*

*Namq; pudicitia fulget tua sponsa pudica;*

*Hinc quoq; virginei est splendida gemma chori.*

Tu

*Tu Iouæ populi nutantes erige in altum  
Sensus, fer Christum, fer Logon atq; crucem.*

---

**Doctissimo Dn. M. CHRISTOPHORO**  
**SCHLOTHEVBERO, pastori Emerse-**  
**biensi, Sponso, S.**

 *I qua super venæ vis, si quis spiritus esset,  
Quo vatum accensi grex agitante calent:  
Dulce tuæ Floræ, sub verno hoc tempore florum,  
Gratanti accinerem voce poëta melos.*

*Hoc Charites Floræ, Veneresq; merentur, & ipse,  
Quo reliquos flores anteit, altus honor.*

*Define narcissum mirari, define caltham;  
Et violam, & quicquid procreat hortus opum.*

*Nullus adæquabit flos ornamenta decusq;  
FLORA tuum, triplici virgo beata bono.*

*SCHLOTHEVBERE oculis quantum contendere Lynceus  
Et potes, & Floræ perspicere vnus opes;*

*Mentis opes, & sortis opes, & corporis: euge  
Lumina quo pascas, docte Magister habes.*

*Vtere flore tuo, & Florâ: efflorescat vt isthinc  
Progenies semper vere tepente noua.*

*GEORGIVS VVILHELMVS,  
è Comitatu Oetingensi Sueuus,  
æs nixiu scrib. VI. Kal. Maias,  
Anni M D CXIII.*

*VER-*



VERBA Nuptia.

**B**Andem Die tibi caduceator,  
Nec non ingenuæ Magister artis,  
Lasciuæ Veneris Cupido natus  
Incendit faculas amoris igni :  
Et prædulcis Hymen , vel æqua Iuno  
Te cesto ligat ad sinum Puellæ  
Venustræ , nitidæ , pol & pudicæ .

Semper ergo mihi colende amice  
Decus laurigeri chori atq; Splendor,  
Promissum tibi nuper expeditum  
Curatumq; dabo lubenter , & res  
(Res pro tempore dico nuptialeis)  
Phaleucis memorabo delicatis.

Quippè fas tibi sponse nuptialeis  
Versus condere , quos solent poëtæ  
Quibus valle recepta Musa cantat,  
Et littus clarijs fluit fluentis;  
Qui te concelebrent tuamq; sponsam.

Te quondam Hassiacum solum , Suaue  
Solum , dulce solum , simul paternum

B

Fouit,

Fouit, heu ! tibi primitur, lubenter  
Instillans elementa sacra abundè.  
Verum pòst VVitebergicæ sorores  
Te Phœbi sapientiæ Magistrum  
Crearunt: Teneram benè instruendam  
Pubem Thespiadum, Nouelle sponse,  
Commendat fidei senatus amplús  
Oscherslébiacus tuæ dëinceps.  
Mox commissa etiam tibi sacrorum  
Cura: hinc iam populo viam ipse monstras  
Ad plagæ Elysiae beata regna.  
Nunc iungis tibi floridam puellam,  
Formâ scitulâ & integrâ maritam,  
Vernanti facie atq; purpurata.  
Dignam coniugio tuo Iehoua  
Fausto sidere, & omine expetito  
Adiungit Catharam tibi pudicam,  
Quam dotes animi q; corporis q;,  
Quam pudor, pietas, timor Iehouæ  
Nec non gratia luculenta formæ,  
Et opes decorant in vniuersum.  
Namq; purpureis honesta malis,  
Vincunt labra rosas, eburna ceruix,

Ful-

Fulgentes geminæ faces ocelli,  
Vultum purior Hespero: apta planè &  
Quam deuirginet erudita pubes.

Exin iussa Dei colit perennè,  
Et Mosis titulos, piūmq; vatum  
Legit perpetuum sacros libellos,  
Namiq; illam Pietatis vrit ardor.  
Hinc probæ Pietatis æstmatrix,  
Hinc piæ est probitatis æmulatrix:  
Talem sponse probè piam decebat  
Consortem thalami tui iugalis  
Em multis legere innubam puellam.  
At quēi tam breui-usculâ papyro  
Possim, tamq; minusculis Phaleucis  
Sat dignè memorare sponse doteis  
Sponsæ corporis indolisq; magnas,  
Queis pol virgineum chorum antecedit.  
Sed quid pluribus immoror? Subinde  
Crepent oscula. sed quid osculorum  
Inculco roseūm refectiones?  
Quandò prælia suauiationum,  
Et certamina basiationum,  
Ac illas quoq; morsiuncularum

B 2

Vcl



Vel illas quoq; pressiuncularum,  
Quas amor parat expeditiones  
Edocere labore sus Mineruam.  
Ast vobis benè sit, Nouelle sponsæ,  
Et sponsa auspicijs bonis & annis,  
Ac bonâ quoq; sospitate iuncti;  
Post hac viuite coniuges vt æquum est,  
Et fas viuere coniuges nouellos:  
Calescatis vtrinq; flammâ ab vna,  
Vno amoris ab æstu, & vno ab igne,  
Ex quo consociato vtrinq; amore,  
Et tantâ benè copulatione  
Olim C H R I S T O P H O R I , precor, nouelli  
Nouellæ C A T H A R I N V L A E Q V E surgant.

Mox Iuno domiduca seu iugalis,  
Seu dici Dea virginensis optas  
Ad pactas age nuptias venito;  
Fac viuant in amore coniugati;  
Fortunæ fauor atq; luculentus  
Nuptis adsit, amara fors Erisq;  
Et Parcæ rigidæ procul facestant.  
Id nuptis teneris meis Phaleucis  
Et votis precor, & precabor vsq;:

I<sup>e</sup>V

Quæsis

Quis velim Deus annuat benignus  
Clementer thalami autor atq; fautor.

Faciebat ῥηδίως ηφανταλίμως ἐκ τοῦ  
Φίλων Φιλάρτες θελήματος,

GVLIELMVS GEILFUSIVS,  
VVirzenhusanus Hessus, Ph. M. Th. St.



VOTVM Nuptiale.

Xtollant alii virtute & honore decorum  
Te, SPONSE, Aonii fama iubarq;  
gregis.

Extollant alii te formâ & mente decoram  
Fæminei SPONSA ô, lucidagem machori.  
Dent alii reuerendetibi bona SPONSE metalli  
Aurea, quæ magnas concomitantur opes,  
Dent alii nummos albos tibi SPONSA nouella  
Quis, quod sub toto est, vincitur omne, polo.  
Nil gaza & laudes. Tantùm fero VOTA, pro-  
fecta

Pectore sincero, SPONSE, PVELLA, tibi.  
Pectore sincero pia vota valere profecta,  
Litera sacra docet, dicere Musa docet.

B 3

Argen-

Argento atq; auro PIETAS preciosior extat,  
Hoc perit, at PIETAS intemerata manet.  
Ergo virtutum PIETAS quia maxima virtus,  
Sincer&teneat vos PIETATIS Amor.  
Hacte SPONSE Deus donet, sit SPONSAQUE  
virgo  
Et Pietatis amans, viuat & ipsa piè.  
Nil quia per totum terræ iucundius orbem,  
Quam duo concordi pectora iuncta fide.  
Exopto SPONSIS CONCORDIA corda nouellis  
Ante diem quæ frans soluere nulla queat.  
Casta Deus mens est, illi quoq; casta probantur,  
Diligit & casto corpora iuncta toro.  
Hanc SPONSVS SPONSA hanc studio coluere  
sequendo  
Fussa Dei, exopto pectora CASTA diu.  
Et quia perturbat Satanæ pia pectora telis,  
Quaq; potest illis parte nocere nocet.  
SPONSE & SPONSA, nouum thalamum de-  
fendite forti.  
Et placido vultu, siccine victor erit?  
Quod superest CATHARINA tuum excipe nu-  
pta Magistrum,  
OSCVLA cum multo grata fauore feras.  
Excipe

*Excipe tuq; tuam CATHARINAM SPONSE  
Magister,*

*Nunc qua aperit toto se tibi lata sinu.*

*Excipe, da dextramq; fidemq;, volente IEHOVA,*

*Milleq; purpureis basia fige genis.*

*In gemino: SPONSAM tibi iunge: & brachia  
collo*

*Da: cape pectoribus gaudia lata tuis.*

*Viuite felices sancti sub fædere lecti,*

*Perpetuo vester fædere perstet amor.*

*Pasce gregem Christi: sobole auge illius ouile,*

*Cum SPONSA, Pastor SPONSE, beatus eris.*

*Nestorios viuas felix pie SPONSE per annos,*

*Nelidæq; senis tempora fata vide.*

*Et tu virginei lumen spectabile cætus,*

*SPONSA, Sybillarum secula multa vide.*

*Facrata VOTA sient hæc, tu qui es Trinus &*

*Vnus,*

*Vnus, cum trino numine cuncta fouens.*

*Plurâne vis dicam? Saluete, vigete, virete,*

*Comprecor eueniant, SPONSE, PVELLA tibi.*

Xeovo-

Xeouodίσχον  
ALtera LVX MaII stELLantI Vbi LVXIt ab  
arCe,  
IngenVo sponso est IVnCta pVeLLa VIro.

Fauoris, amoris, & honoris evenia medullitus gra-  
sulabundus faciebam

IOANNES NICOLAI F. GORICIVS,  
Lipsia-Misnicus, SS. Th. S. & Nobil.  
Iun. à Dorstadt in Emersleben &c.  
Pædagogus.

F I N I S.



99 A 6908



JB

Rkt<sup>o</sup>1

VON



propter Christus.  
Quia metatio; ex  
enarratione norma dicitur  
ne com. nunc est  
enim quia supererit  
nemus armis ferientiam,  
ut inferre illucie-  
tum o. etiam uirtus ad  
elizabed: epis actio  
hanc. Et cunctis etiam  
1:1000 ut sanctifica-  
tio. De confessione iohannis.  
dix uenit ad baptismum.

**A**men. Tu

tu es Christus filius dei  
meum nomen habui a te.

Et tu es Christus filius dei  
meum nomen habui a te.

Et tu es Christus filius dei  
meum nomen habui a te.

Et tu es Christus filius dei  
meum nomen habui a te.

Et tu es Christus filius dei  
meum nomen habui a te.

11. 187  
mis al  
lelu ia  
cordia eius ap  
genies timetib  
**S**icut saluta-  
tie elizabech-  
tauit misericordia  
et repleta est gaudi-  
e vide distinctio-  
gulorum verbos  
des. Vocem pri-  
bech audiuit:  
nos pao: graci-  
illa nata e obo-  
dunt iste exult-  
o de uulercy. Al-  
iae dei sensit a-  
fia mulierem

# Farbkarte #13

B.I.G.

Blue	Cyan	Green	Yellow	Red	Magenta	White	3/Color	Black

